Reverende in Xto Pr

P. C.

Datas 28a Jan. accepi. Suppono Ram Vam tum ex meis tum ex Illmi & Rdmi Dni Comitis de Wal
lenstein iam intellexisse statum negotij Dni Comitis.
omnino conabitur Sua Mtas facere experimenta etiam
cum ultimis à Ra Va missis raritatibus oblatis
per manus Illmi Dni Comitis Wallenstein; sed iam,
dum ob incendium grande in aula Caesarea exor
tum cogimur abesse Viennâ vix erit occasio.
Neque ipsa Sua Mtas accepit adhuc ullum respon
sum à Serma Regina Hispae circa Eptum Dno Alexan
dro Fabiano conferendum. Ego ipse scripsi Rdmo Pri Nid
hardo, ut responsum aliquod mittat. quamprimum vel
Sua Mtas habuerit responsum vel ego, significabo illud
Rae Vae. Plura non permittit quia posta abit. Commendo
me humillimè in S. Ssa. Viennae (seu potius
Eberstorffij uno milliari Vienna) 26 febr. 1668

R. V.

S. in Xto

P. M.

P.S. Si placuerit in
telligere incendij ortum &
progressum, intelliget Ra Va
ex R. P. Noyelle, cui
illud ad longum descripsi.
Literae tum inscribantur
Viennam, hi q ad me dandae
erunt.

Reuerendo Patri in Chri-
sto Patri Athanasio Kir-
cher Soc. Jesu

Romae